Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Christian Gottlieb Thalmeyer

Plausus votivus, Quo Commilitones suos melitisimos Ad applausum excitare Et Viro Magnifico ... Domino Ern. Joh. Frid. Mantzelio ... D. 'XI. Julii 1730. Moralium Professionem cum Institutionum Professione Commutanti ...

Rostochii: typis Nicolai Schwiegerovii, [1730]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1010089692

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1010089692/phys_0001
DFG

Bibl.
Schol. Cathedr.
Gustrov.
1836.

Mk - 7775a.
~~Mk ...~~

http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1010089692/phys_0002

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1010089692/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1010089692/phys_0004
DFG

Fasciculus
Actorum Jubilaei,
ab
Exhibita in Comitiis Imperij
Augustana Confessione,
in
Academia Rostochiensi
celebrati,
Secundi.
ão 1730.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1010089692/phys_0005
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1010089692/phys_0006
DFG

PLAUSUS VOTIVUS,

Quo

Commilitones ſuos melitiſſimos

Ad applauſum excitare

Et

VIRO MAGNIFICO, PRÆNOBILISSIMO atque CONSULTISSIMO DOMINO,

DOMINO
ERN. JOH. FRID. MANTZELIO,

J. U. & Philoſ. Doct.

D. XI. Julii 1730. Moralium Profeſſionem cum

INSTITUTIONUM PROFESSIONE

Commutanti, novam

Dignitatem gratulari, eundemque, ſibi optime cupiens ut ſit, anhelitus efflagitare voluit

Tanti Nominis pientiſſime colendi

Cultor pientiſſimus

CHRISTIAN. GOTTLIEB. THALMEYER,

Zitav. Luſatus.

ROSTOCHII, typis Nicolai Schwiegerovii, Ampliſſ. Senat Typogr.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1010089692/phys_0008
DFG

Varniades Muſæ, nimboſis tradite ventis
Curas, eſt pedibus liberis pulſanda ſodales
Tellus. Mecum nunc apricos nectite flores,
Ac avidis digitis redolentia nectite ſerta.
Carminibus comtis, gaudentes condecorate,
Huncce diem feſtum, qui auro radiante notandus.
Præſidiumque decus, meritis extollite, veſtrum
Laudibus ingenuis per nullum ævum perituris.
Credite pro certo, rogo Vos, *Aſtræa* colenda
Doctus & orbis erit Vobis alias inimicus.
O utinam poſſem, quam vellem vos imitari,
Sed mea Muſa ſilet tenuis, non grandia tentat,
Egregii Viri laudes non ſunt perituræ
Ingenii culpa, veniam quæ non mereretur.
Jam quoque potandum eſt miſcendaque pocula mille

Lætitiæ ſcilicet nunc ſunt, ſed præcaveatis,
Sanguineis rixis ne Vos Baccum furioſum
Lædatis, valde ſe ſemper vindicat ille
Vindicat is ſemper ſe inprimis tempore noctis
Cum nox & vinum raro moderabile ſuadent.
Poſt mulcete polum veſtro modulamine læto
Aſt lenite tonos, ne ſit tam barbara vox Baar.
Mittite vota Deo, pietas quæ poſtulat ipſa
Extento vivat Magnus *MANTZELIUS* ævo:
Undique ſint illi felices quælibet horæ.
Hæc ſunt, Pimpleides, quæ jam moneo, precor,
opto.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1010089692/phys_0010
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1010089692/phys_0011
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1010089692/phys_0012
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1010089692/phys_0013
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1010089692/phys_0014
DFG

chiel, Hoſea, Joël, Amos, Obadja, Micha, Nahum, Zephanja, Haggæus & Malachias: quia reliqui libri Biblici præcedentibus annis jam translati prodierant. At Lutherus A. 1530. Coburgo d. 19 Jun. ad Conradum Cordatum, & d. 25. Junii, qui ipſe exhibitæ Auguſtanæ Confeſſionis dies ſuit, ad Nic. Hauſmannum in epiſtolis Collectionis nouæ epiſtolarum Lutheri Buddeanæ n. 125. 128. & p. 107. 110. ſcribit: *Ego ſatis valeo DEI gratia & veſtris precibus, & licet me Sathan impedierit aliquot hebdomadibus capitis ſuſurro, tamen Hieremiam verti in Germanicam linguam. Reſtat*, ex Prophetis ſcil. majoribus, *Ezechiel, quem aggrediar.* Ergo Danielem antea jam abſoluit, qui & hoc ipſo anno editus eſt. Epiſtola autem Lutheri A. 1530. d. 15. Aug. Coburgo ad Philipp. Melanchthonem data, quæ in Collectione illa ſub n. 165. p. 183. ſeq. & Tom. V. Altenb. f. 248, b. legitur, hæc ſubminiſtrat verba, in B. J. F. Mayeri Hiſt. Verſ. Lutheri p. 14. etiam prolata: *Ezechielem poſui, interim minores Prophetas verto, & in hebdomade illa abſoluam, DEO volente, ſupereſt enim Haggæus tantum & Malachias.* Ergo Megalander tempore inter d. 25. Jun. & d. 15. Aug. ejus anni interjecto vertit Hoſeam, Joëlem, Amoſum, Obadjam, Micham, Nahumum & Zephanjam. Sed eodem adhuc anno lucem aſpexit Ezechiel. Ex quibus efficitur, B. Lutherum Verſionis Bibliorum Germanicæ finem feciſſe in autumno anni 1530.

§. VI.

Non autem ita verſatus eſt in hoc opere Vir Optimus, vt alii ab eo dictatata exciperent, ſed Verſionem ſuam ipſe mandauit literis, & ſua manu ſcriptam typographis tradidit. Teſtantur id reliquiæ nonnullæ manuſcriptorum Lutheri in Bibliothecis cum publicis tum priuatis theſauri inſtar aſſeruatæ. Etenim Parens meus haud paruam Verſionis Biblicæ Lutheri partem ejus manu ſcriptam in Bibliotheca Regia Berolinenſi A. 1694. a Bibliothecario h. t. Electorali Ern. Sigism. Crellio, ſibi monſtrari meminit: quamuis monſtrata vere fuiſſe Lutheri non vt indubitatum affirmare poſſit,

cum

UB Rostock 0514000

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1010089692/phys_0015
DFG